





M

AD

321

# AVDIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONIS IVRIS ORDINARIAE

IN

ACADEMIA FRIDERICO-ALEXANDRINA

ADEVNDAE CAVSA

IN A. D. II. IVN. MDCCXCII

HABENDAM

OBSERVANTISSIME INVITAT

D. GABRIEL PETRVS HASELBERG

1792

---

Inest commentationis de confirmatione Caesarea pactorum confraternitatis  
aliorumque quorum interest consensu

PARS PRIOR.

---

ERLANGAE

LITERIS IVNGEANIS.



AVENIENDAM ORATIONEM

PROFESSIONE IAVIS ORDINARIAE

IN

ACADEMIA LUDWIGOC-ALEXANDRINA

ACADEMIA GAVIA

IN V.D. MENSE MDCCLXII

HISTORICA

ACADEMIA LUDWIGOC-ALEXANDRINA INITIAT

D. GABRIEL FILIUS HESLER

PARS PRIOR

ERLANGAE

TITULUS INGENDIAE

atque abhinc usque ad hunc tractatus officio immo quoniam  
miserum. Quod enim est ut alii omnes obitum regis et mortis regis abhunc  
in partibus illegit et a munitione eam ducit multa macta  
ad bellum. Oxidemus autem istud, neque innotescat de rebus  
seculorum quoq; mundus invenit, neque mundus invenit  
omnia beatissima.

---

## PRO O E M I V M.

---

### §. I.

#### *Instituti ratio.*

**Q**uum quinquennio abhinc in prolusione sic dicta, pro-  
lixiori de pactis confraternitatis tractatui praemissa,  
tum de vera hujusmodi pactorum notione ex rerum charta-  
rumque publicarum argumentis desumpta disputarem, tum ori-  
gines eorundem, pro variis variorum rationibus et causis ex  
ipsis rerum gestarum monumentis mihi obviis investigando  
eruere studerem, totius jam tractatus formam, argumen-  
tum, summa capita adumbravi, eaque omnia ampliori quon-  
dam commentatione complecti proposui<sup>1)</sup>. Subinde vero  
mutata est rerum facies, mutata est studiorum et vitae ra-  
tio; id quod ut a pristino consilio decederem, haud immerito  
me movit. Etenim, cum praeviderem, non defuturam es-  
se occasionem, qua muneris mihi demandati partes academi-  
cos libellos cujuscunque generis ac argumenti faepius con-  
scribendos mihi et suaderent, et juberent, id mecum consti-  
tui,

1) Tract. de pactis confratern. prolus. (Goett. 1787. 8.) §. 8. p. 28. seqq.

A

tui, ut , prouti occasio ferret, singula tractatus capita prae caeteris eligerem et pro rei dignitate fusius tractarem. Quam quidem viam quum ante triennium fere ingredi coepirim, origines et incrementa pacta confraternitatis Saxo-Haffiaci tabularum publicarum veterumque monumentorum ope paulo accuratius illustrando <sup>2)</sup>, progredior nunc ad aliud haud minoris momenti argumentum, scilicet inquisiturus , quorum in fraterno foedere necmodo consensus necessario adhibendus sit, nec ne; utrum subditorum ordinumque provincialium adfensus ratio sit habenda ; anne agnatis, vasallis, aliisque, quorum ex quolibet fundamento interesse possit, consentiendi jus sit, in primis vero, quae fit vis et auctoritas confirmationis domini directi, imperatoris et electorum, ad pacta confraternitatis stabilienda, quidque juris imperii leges, praesertim capitulaciones, ejusmodi confirmationi attribuant.

§. 2.

*Vberior argumenti constitutio.*

Doctrina de confirmatione caesarea pactorum confraternitatis quum primum locum inter ea, quae hic tractare cogito , argumenta, jure obtineat, jam non id agendum mihi videtur, ut differam, quae confirmationis in genere spectatae formanda sit notio, quae variae ejus sint species seu divisiones, nempe, utrum pro modo obligationis eam petendi voluntaria sit vel *necessaria*, num a principe vel judice ea sit impetranda, ut major negotio addatur fides et auctoritas, quippe quae omnia aliunde jam , ex scriptis virorum doctissimorum, qui ante me diligentius de hac re exposuerunt

2) Prodiit Comment. Helmst. 1788. 4.

runt<sup>3</sup>), cuicunque notissima sunt; quam ob rem nec ea hic  
repetere cuiusquam multum interesset. In eo potius res om-  
nis posita videtur, ut, quae origo, ratio et modus sit cum alio-  
rum consensu, tum praesertim caesareae confirmationis, seu  
consensus imperatoris, tanquam domini directi, feudorum ra-  
tione confraternitatis pactis interponendi, quaeque auctoritas  
illi tribuatur, solertia exploretur.

Quod si vero de ratione hic ineunda quaeratur, eadem, qua hactenus ingressus sum, via pergere consilium cepi, experientia doctus, vix ullam aliam commodiorem hac inventari posse, nec melius utiliusque veteribus juris Germanici tam publici, quam privati institutis illustrandis confuli posse, quam si quis origines eorum, veterum chartarum monumenta, quae istiusmodi res gestas continent ac produnt, inspicio et perscrutando indagaret, summaque, quae hoc faciunt, argumenta, ex illis excerpta proponeret. Quod quidem consilium fecutus, ne nimis diffundar, id mihi proposui, ut tantum tabulas prae aliis notatu dignas proferrem, easque tales, quae non modo imperatoris electorunque consensu adhibiti, sed et subditorum, vasallorum ordinumque provincialium, quantum fieri solet, mentionem injiciunt. Hisce absolutis eo deveniam, ut quaecunque veterum annualium omnisque aevi monumentorum memoria nobis tradita sint, ad jurium legumque pracepta, quae nunc obtinent, attemperare et inde probare studeam, historiae enarrata legum normas amice adjuvare,

A 2 eaque

3) Inst. Friedr. Runde diss. de confirmat. caesar, juris primogenit. in famili. illustr. Germaniae, Goett. 1770. 4. et Guili. Aug. Rudloff progr. de confirm. caesar, jur. primog. in fam. illustr. Germ. in primis intuita feudor, imperii. 1771. 4. Bützow.

eaque sibi invicem omnino respondere, ita ut principia exinde proposita rerum gestarum veritate firmentur.

§. 3.

*Scriptorum notitia.*

Quibus praemissis, reliquum est, ut pauca adstruam de iis, qui materiam hanc in scriptis tractarunt, iisdem fere, qui de confraternitatis pactis in genere disputatione. Ut taceam veteres quosdam scriptores<sup>4)</sup>, qui dignitati argumenti haud satisfecerunt, recentiorum nonnulli rem ita tractarunt, ut scripta eorum sine magna utilitate adire non possis. Exceptis duumviris celeberr. supra §. 2. memoratis, qui quidem de confirmatione quoque caesarea juris cuiusdam familiarum illustrium, sed plane diversi generis, differuerunt, inter alios cum Ioh. Ioach. Mueller<sup>5)</sup>), quaedam luc spectantia dixit, tum b. Ioh. Iac. Moser sparsum in scriptis suis nunquam satis aestimans

a) Pertinent huc ex his, quos inspicere mihi licuit, a) Barthol. Musculus diff. de confraternitate, s. pacto successi, illustr. person. (Basil. 1608. 4.) §. 27. in Disput. Basil. Vol. I. n. 16. b) Ioh. Casp. Gütlich praef. Helfr. Ulr. Hunnius diff. de confraternitatis. (1619. 4.) §. 6. cod. Vol. 5. et in Hampel (al. Seiffert) nucl. discurs. jur. publ. p. 722. c) Hartm. Friedr. Wiegleb praef. Ioh. Phil. Streit diff. de pacto confrat. inter nobiles aliquos privatos moribus usitato (Erf. 1718. 4.) §. XI. d) Gerh. Tidaeus praef. Ioh. Volk. Bechmann disc. jur. publ. de confraternitate ill. famil. in civitate Germ. (Hal. 1737. 4.) Cap. 3. S. 1. §. 2. seqq. e) Bened. Carpzov de pacto confrat. Saxo Hassi. (in Vol. disp. hist. polit. jurid. Lips. 1751. p. 87.) c. 3. §. 35 seqq. f) Henr. Bodinus s. Dierer. Herm. Kemmerich de pacto confrat. Saxon. Brand. Hassi. (Hal. 1718. 4.) §. 14. seqq.

5) In R. T. Th. Max. I. p. 588. §. 19. et R. T. Th. Friedr. V. Vorst, I. K. 23. §. 40. p. 321 seqq.

mandis plura de hoc argumento collecta in medium adtulit<sup>6)</sup>.

Prae omnibus vero eminet ill. *Guil. Aug. Rudloff*<sup>7)</sup>, qui summo studio et egregia diligentia de validitate pactorum confraternitatis e confusu eorum, ad quos in primis refert, derivanda commentatus est. Qui cum iurium legumque imperii, in primis capitulationum, effata latius explicaverit, paucis e veteribus monumentis conjectis exemplis, meum putavi, priora, nisi a sententia ejus ut discedam sufficientes mihi suadeant rationes, brevius proponendo vel praetereundo, posteriora suppelle, pluribusque digerere atque illustrare.

## P A R S P R I O R.

### EXPOVNVTVR ORIGINES IVRIS CONSENTIENDI IN PACTA CONFRAT. INEVNDA.

#### §. 4.

#### *Illustrantur exemplis sec. XIII.*

Certa semper et explorata mihi res visa fuit, hanc esse reipublicae nostrae formam et conditionem, ut recentiora instituta juraque patria sine antiquiorum notitia bene riteque perspicere nemini liceat, nec quemquam magnos progressus in iure patro excolendo facturum esse, si primos fontes adire contemiserit. Mire omnia adeo inter se cohaerent, ut primo

A 3

6) In T. St. R. Th. 17. p. 161. §. 91. et Th. 23. p. 167. seqq. §. 119. item in Fam. St. R. Th. I. p. 1016 seqq. §. 32. 33.

7) In libello singulari de pactis successoris illustr. et nobilium Germaniae, specia-  
tim iis, quae pacta confraternitatis appellantur Cap. 2. §. 30. p. 48 seqq.

quidem in indaganda iuris aliusve instituti patrii ratione ac  
indole ad vetera aeva sit recurrendum, quo, quae rei origo,  
quae vicissitudines, qui progressus fuerint, ex iis, quae adhuc  
exstant, rerum gestarum monumentis erueretur. Etenim nul-  
la ferme est apud nos antiquitas, nimirum hoc verbi sensu,  
ut, quod secula antecedat, plane abolitum sit, ac pro inutili  
habendum. In aliis rebus publicis certa tempora invenies,  
quorum fines in iuribus earum inquirendis egredi parum ju-  
vet. Secus apud nos. Quo solertior antiquiorum iuris pa-  
trii monumentorum perscrutatio, quo rigidior eorum, mo-  
rumque traditorum, inter se invicem comparatio, eo accu-  
ratiō eorum, quae justis verisque juris patrii principiis exinde  
hauriendis commode apteque inserviant, notitia<sup>8)</sup>. Quibus  
sic comparatis, operae pretium videtur, ut ad antiquissima,  
quousque vestigia rei deprehendere licitum sit, tempora aſeē-  
damus, et tabulas inventas eo, quod hic nobis stat, confilio  
perlustremus.

Et primum quidem, quod e seculo XIII. mihi occurrit  
confirmationis caesareae exemplum, prodit charta Rudolphi I.  
imperatoris jussu a. 1283. d. 19. April. conscripta, et majesta-  
tis figillo munita, hac mente, ut pactum successorum, quod  
Ulrico de Bubenberg militi cum fratri filio Ioanne intercede-  
bat, interveniente consensu suo regio ceu domini feudorum  
directi initum fuisse declararet<sup>9)</sup>. Parum quoque refert,

CON-

8) Joh. Steph. Pütter T. R. G. in ihrem Hauptfaden entwickelt §. 1. p. 2.  
er Guil. Aug. Rudloff de jure Germ. iusta meth. tractando comment.  
(Goett. 1767. 4.) §. 3. p. 6.

9) Mart. Gerberti Abb. Cod. epist. Rudolphi, in auctario diplom. p. 235.  
n. 17. „De manu nostra regia et consensu — concorditer convenie-  
runt,

confraternitatis nomen pacto huic inditum non esse, cum nihil minus argumentum rei veritatem probet, et insuper ea, quae vera et indubia causa, ob quam caesaris confirmatio patrum sequi debuerit, putanda est, nimirum successio superstites in quaecunque imperii feuda a defuncto possessa pacta sit.

Sexennio post idem Imperator successorio pacto sese praefente inito inter nobiles viros Ulr. de Hanowe et Henr. de Wilnowe comites clarius adhuc et gravius, et ob eandem quidem, quam antea, rationem consensum suum interposuit, quia de mutua successione in omnia feuda castrensis, aliave quaecunque ab imperio concessa, partes convenerant<sup>10)</sup>.

Tertium denique exemplum imperante Rudolpho obvium adfert charta, a. 1290. conscripta, qua confirmat Rudolphus pactum successorum, Wenceslaum regem Bohemiae inter et Henricum, Wratislavie et Silesiae ducem d. 25. Sept. Erfordiae initum<sup>11)</sup>). Et licet hoc nec sit mutuum successionis pactum,

runt, quod eorum altero sine herede decedente, superiores omnia feuda, quatenus a nobis et imperio, decedentis pleno jure debeat obtinere. In cuius testimonium<sup>12)</sup> etc.

10) Formulam ordinationis aequa ut confirmationis a. 1289 obviam invenies ap. Moser in St. R. P. 17. p. 153. §. 74. Sic sonat: „quia nobiles viri — in nostrae majestatis praesentia ordinatione mutua flauerunt, ut si — alter alteri legitime succedere debeat in feudis castrenibus, sive aliis qui buscumque, que tenere a nobis et imperio noscebatur, nos ordinationem per manum nostram et in nostro assensu factam ratam habemus et gratiam, et praesentibus approbamus, dantes has literas in testimonium.“

11) de Ludewig in Reliqu. Mscrpt. Tom. XI. p. 319. „Nos ordinationem — de terra et principatu Wratislavie et Silesiae, quae a nobis et imperio — habentur in feudum, — ratam habemus — de plenitudine potestatis confirmantes“ etc. Videbis quoque Goldast de regni Boh. iuribus Tom. 2. p. 190. n. 14.

pactum, nec confraternitatis nomine ornandum, par tamen intervenit ratio, eaedemque sunt, quas antehac vidimus, Imperatoris in confirmatione sua adjicienda partes, nimurum quod Bohemiae rex post ducis deceffum in terram et principatum Wratislav. et Silesiae ceu imperii feuda succedere vellet. Ex quo satis apparet, quam antiquus fit Germanorum mos, pacta successoria, licet haud mutua, quotiescumque ad feuda spectent, Caesaris confirmatione muniendi; et antiquiorum adhuc, quam quem adlata monumenta probant, extare vix dubitaverim, licet mihi solerter et intente multas magnasque eorum collectiones perlustrando altius ascendere nondum licuerit.

## §. 5.

*Exempla quaedam sec. XIV.*

Ineunte sec. XIV. memorabiles illae literae, a. 1329. a Ludovico Bav. Papiae conscriptae, in quarum cum historia exponenda, tum justa interpretatione adferenda diu quondam versatus sum<sup>12)</sup>, claris verbis indicant, mutuae successionis pactum de Misniae marchionatu et Brandenburgensi inter Fredericum sev. Thuringiae Landgrav. et imperatoris filium Ludov. marchionem Brandenb. confectum, ab ipso imperatore, nescio quo tempore, confirmatum fuisse<sup>13)</sup>. Cujus quidem confirmationis cur vis et auctoritas non consisterit, sed omni potius effectu caruerit, pluribus jam olim explicui.

Quare

12) In comment. de orig. et increm. pacti Saxo-Haff. §. 6. 7. p. 19.

13) de Ludewig Rel. Mscpt. Tom. 9. p. 679. et 680. "Volumus enim, quod liga, quae facta est, et per nos confirmata — extendatur."

Quare ne frustra huic longius immorér, ad aliam transfo confirmationem, ab eodem imperatore Ludovico a. 1334. confraternitatis foederi adjectam, quo ipsius filii, Bavariae duces, cum fratre Ludovico Brandenb. marchione juncti fuerant, cuius ratio et historia jam alibi a me exposita est<sup>14)</sup>. Quo tutior et firmior esset ea, quam principum quisque Bavariae stirpi invidebat, successio in Brandenburg. terras, astutus et avidissimus familiae suae evehendae bonisque augendae imperator non in solis gentilibus pactis sanguinisque vinculo fiduciam posuit, sed foedus fraternalm inter eos ictum, ne more quidem solito, sed ita firmavit, ut pacifcentes in mutuam feudorum communionem reciperet<sup>15)</sup>, repetita simul, quae in ipso pacto adjecta jam fuerat, clausula<sup>16)</sup>, ut pacientium quisque terrae suae procerum, urbium, caeterorumque subditorum fidem, qua pactioni huic parerent, jure jurando adstringeret. Nec hoc contentus, circumspectus imperator quadriennio interiecto confirmationem denuo repetit,

et

14) In prolus. cit. §. 17. p. 65.

15) de Ludewig in Reliqu. Msgrpt. Tom. 10. p. 644. et Gerken in Cod. diplom. Brandenb. Tom. 1. p. 121. seq. n. 59. Et primo quidem Imperator ita loquitur: „bekennin, dass Ludwig mit unsfern guten willen, hant, gunst „und wort das lant und die Marke mit steten, burgen, leuten, und mit allen „ihren Zegehörden, ez sie lehin, aigen, oder Erbe gegeben, gemacht, oder „geschafft hat.“ Postea vero: „Ze einer steten sicherheit, so vorlihen wir — „ze gesamter, hant die vorgenante lant — auch sezen wir sie heyderst in „nuz, gewalt und volle gevver der lant und gute.“ Datae sunt literae Überling. vigilia Ioh. Bapt.

16) Apud de Ludewig l. c. p. 641. in f. pacti ita legitur: „Auch suln wir „unser man, stet, lant und leut halten und twinnen, daz si die vorgescriben „sache geloben stet zu halten, und ze den heiligen sweren.“

et quantum fieri potuit, verborum gravitate amplificavit<sup>17)</sup>.

Multo uberior est messis exemplorum confirmationis, quae sub imperio Caroli IV Ludovici successoris nobis obveniunt, quae licet haud in meritis confraternitatis pactis continantur, in hoc tamen ad unum omnia amice conspirant, quod semper de successione unius alteriusque partis superstis in defuncti bona, feudali nexu Caesari imperioque obstricta, conventum fuerit, quare et imperator personam domini directi tueri et hoc respectu confirmationem suam adjicere debuit.

Ita quidem pactum successorium simplex inter March. Bad. Rudolphum et electorem Palatin. Rupertum sen. a 1362. initum<sup>18)</sup> Carolus IV in literis investiturae, Norimbergae eodem anno Rudolphi scriptis<sup>19)</sup> inter alia jura ac privilegia memoratum confirmavit, ceu conventionem, qua in feudo

rum

17) Francof. 1338. d. Mercur. post d. St. Petri et Pauli. Exstant tabulae ap. Fischer in d. kleinen Schriften. Tom. 2. p. 6. not. d. im Urk. buche n. l. et ap. Gerken in C. D. Br. T. 4. p. 551 seq. n. 277. „Wann sie die Verainung will, „liclichen mit unsfern willen, und och von unsfern Gebot-verschrieben haben; „so haben wir sie mit guter Betrachtung bestetigt und bestetigen sie och von „unsfern Kaiserl. Gewalte in aller der weiz, als si die Sache verschrieben haben; „also wellen wir, daz si die stet, veit und unzerbrochen behalten“ etc.

18) Videbis Schoepflin in histor. Zaringo-Badenfi Tom. 5. p. 461 seq. n. 275. Sine jure Moser im St. R. T. 17. §. 66. p. 146. pactum hoc confraternitati adnumerat, cum inaequalitas ei insit, quae fraterno foedere junctos minime decer. Scilicet Rudolphus quasunque terras, si sine filiis decederet, in Rupertum translatas vult, contra nihil reportat, nisi urbes et castra quaedam in se devolvenda.

19) Schoepflin l. c. p. 466. n. 276.

rum omnium communionem Rudolphus receperit Ruper-  
tum<sup>20</sup>), ea mente, ut tanquam feudi communis cōsors fu-  
turea successionis particeps redderetur.

Ratione temporis proxime ad finis huic confirmationi est  
alia ejusdem Imperatoris, qua munivit successorum pactum,  
quod a. 1363. inter Ludovic. Rom. et Ottonem fratres, mar-  
chiones Brand. ab una parte, et Wenceslaum Caroli IV.  
filium et Ioannem fratrem ab altera initum est, notatu fane  
dignissimum, cum primam ac praecipuam rationem acquiren-  
dae Carolo Marchiae Brand. contineat. Cujus originem cum  
jam, quantum sufficit, in prolusione <sup>21)</sup> exposuimus, hic non  
nisi argumentum, quatenus hoc spectat, paulo solertijs jam  
illustrare debemus <sup>22)</sup>. Et quidem notum faciunt marchiones  
Brand., se omnes masculos imperatoris heredes, hisque defi-  
cientibus, fratrem ejus Joannem ejusque liberos masculos in  
fraternitatem suam et hereditatem recepisse, ita ut Marchio-  
nes Brand. atque Lusatiae appellarentur et re vera essent, ti-  
tulis quoque et insignibus eorum uterentur. Obtulisse se im-  
peratori omnia feuda cum vexillis Marchiae atque Lusatiae,  
quaes solenni ritu illis traderet, hoc consilio, ut ea una se-

B 2 cum.

20) Verba sunt: „Zu einen gemeiner genommen (ubi comp. si luber Boehmeri Obs. jur. feud. Obs. 8. §. 8. 9. p. 227. 231.) in die Lehen, also auch er „dieselben lehen sementlich mit yme tragen sulle, und erben an hindernuzze; „und das befestigen und confirmiren wir mit Vollenkommenheit Keyserl. „Mechte.“

21) §. 16. p. 61.

22) *Vitiosum et multatum ejus, ut solet, exemplum exhibet Luenig in Cod. Germ. dipl. Tom. I. p. 127 seqq. v. c. loco: „mit Fanen“, „mit Franen“. Multo vero accurius idem una cum confirmatione Caroli IV. habet celebrerr. Gerken in Cod. dipl. Brand. T. 3. p. 110 seqq. n. 31.*

cum, conjuncta et unanimi manu, possiderent; denique si contigerit, ut ipsi Marchiones Brandenb., quacunque prole mascula destituti, decederent, Marchiam Brand. atque Lusatiae simul cum dignitate electorali omnibusque, quae eo pertineant, ad denominatas personas, tanquam communium feudorum confortes in perpetuum devolvendam esse, nullo alio unquam ad ea participanda admisso. Inprimis, a Caesare confirmationem pacti, quam mox insecurata esse novimus<sup>23)</sup>, enixe petunt<sup>24)</sup>, haud minus ac literas consensuales ab omnibus electoribus<sup>25)</sup>, quas a plerisque datas esse, vix dubitari potest, partim quod Alberti electoris Saxoniae literae a. 1371 datae, adhuc exstant<sup>26)</sup>, partim quod imperator ipse in confirmationis initio ad approbationem electoris Moguntini, Palatini, atque Saxonici provocat; nec Carolum ipsum, ut Bohemiae

23) Gerken l.c. p. 111. „Wann Gerlach zu Mainz, Ruprechte bey Rhein, Rudolf zu Sachsen, Ludwig d. Röm. u. wir selber, Kunig zu Beheim, und ein Kurfürst des Reichs mit gemeinem Rate daz zu rechte erfunden haben, das die Margraven sulche tedinge mit unserm Willen als eines keifers und Lehnherren wol getun mochten, und wann dieselben beschrieben sind, bestent und confirmiret sein von Worte zu Worte.“ it. p. 116.

24) Gerken l.c. p. 115. „dass er von wegen des heil. Rom. Reichs mit Volk, kommenheit Kaiserl. Macht die vorgeschriebene Sache — bestetigen wolle, durch funderliche Genad in der besten Gestalt, als daz immer geseyn mag nach Gewonheit, Ehren und Wirden des heil. Rom. Reichs.“

25) Eod. „und bitten d. Kurfürsten geistlich und werentlich, das sie ire besondere Briefe zu gezeugenisse und zu ewigen Gedächtnizze daruber gehan wollen.“

26) Ap. Moser in St. R. P. 17. p. 14. §. 6. „Wann folche Miterbschaft mit sonderlicher verhengknusse Karls, mit rechtem urteil der Churfürsten geschehen sein, so geloben wir Albrecht — unsere Volwort, guten willen und gunst, also daß sie in allen iren Sinnen in ganzen Creiffen ewiglichen bleiben sollen.“

hemias regem, et Ludov. Rom. ut electorem Brandenb. dubios diu haesisse, pro explorato habendum videtur<sup>27)</sup>.

Id demum observari debet, in pacti hujus ineundi modo subditorum, procerumque seu ordinum provincialium terrarum Brandenb. non modo consilium, sed et verum consensum adhibitum esse, id quod ex formula, quae in initio tum pacti ipsius, tum confirmationis caesareae, occurrit, satis edoceatur<sup>28)</sup>.

Pacto huic successorio adjacet foedus vere fraternum *Austriaco-Boemicum*, tum temporis respectu, tum ob rationem, quibus originem debet, similitudinem admodum cum illo conjunctum, cuius brevem jam olim exposui historiam<sup>29)</sup>. Nimurum hoc non modo ob varias variis temporibus adjectas Caesarum confirmationes, sed praesertim ideo quoque notatum dignum videtur, quod procerum in id consensus semel iterumque datus atque repetitus sit, quo magis stabiliretur. Nec quisquam rerum tunc temporis gestarum bene gnarus conatus hosce Carolo IV praecipue tribuendos mirabitur. Quis quaefo est, qui ignoret hoc, cui Carolus indulxit, ingenium, eamque, qua ardebat, cupiditatem stirpis suae amplificandae bonisque augendae, dummodo, quo flagrabat, odium erga Bavaram gentem, in dies magis magisque eam imminuendo, exsatiare posset. Et primum quidem, quod exploratum est, fra-

B 3 ter-

27) Videbis Pelzels Gesch. Carls IV. B. 2. S. 725 seqq.

28) Gerken l. c. p. III. „mit wolbedachtem mutte, mit rade unfer ge-„trevven undertanen, mit gutem willen, und mit rechter wizzen.“ Quae fere verba repetuit Carolus IV, additis tantum his: „umbertwungen, und „mit freier wille kur.“

29) In Prolus. cit. §. 16.

ternum foedus inter Caroli filium fratremque, et duces Austriae a. 1364 nexus est<sup>30)</sup>. Quo firmior esset mutuae successionis lex tunc constituta, neque suavissima spe excideret, Carolus non solum statim confirmationem suam in ipsius pacti fine interposuit<sup>31)</sup>, sed et biennio post pactum renovandum curavit, quo denuo confirmationem suam adjiceret<sup>32)</sup>. Nec sibi soli confisus, semel iterumque asseruit, se nec solum nec pro arbitrio, sed praevio electorum, principum, praelatorum ac dynastarum, qui negotio huic interfuerint, consilio et consensu, egisse. Nec hoc contentus paulo post eod. adhuc a. 1366 in eventum successionis, si forsan accideret, literas jam investiturae dedit, quarum in initio, ipsius pacti argumento uberior et solita verborum copia exposito, coram se apparuisse ait, concessionemque suarum quemque, quas ab imperio ut feuda tenebant, terrarum in feudum alteri mutuo faciem-

30) Brünnae d. St. Scholaft, Londorp in act. publ. P. I. L. 4. c. 131. p. 786 seqq. n. XI. Schmidt's Gesch. d. T. B. V. p. 310 seqq.

31) Lünig R. A. P. Sp. Cont. I. 1. Fortsez. p. 56. „Haben mit Keyserl. Machtvolkommenheit nach Rat der Fürsten, die dazumahlen bey Uns waren — beyden Theilen verhenget, gevestet und bestätter — bestätten sy „auch für Uns und Unsere Nachkommen am Reich ewiglich und ohne alle Gefahrde.“ Und ob ein Khayserl. Recht und Gesetze wider diese Ordnung werden, die tödten und vernichten wir — und meinen, daß diese Gemächtnüs in ganzer und wester Stätheit gehalten werde.“

32) De renovatione pacti videlicet Schrötters Abh. aus d. Oestr. St. R. Th. 4. p. 234. Lucae Schles. Chron. p. m. 2007 seq. Lünig l. c. P. Sp. Cont. I. 1. Abt. 2. Abs. n. 237. p. 564 seq. Nova confirmatio impetrata est Pragae d. Iov. ante d. dom. Palm. a. 1366. ap. Lünig l. c. P. Sp. Cont. I. 1. Forts. p. 60. his verbis: „haben mit Wissen und Rathe, Willen und Gunste der Chur- und „andere Fürsten, Praelaten und Herren, die — bey Uns waren, durch vleißig „Bett der beiden Theile, die ain Person als gleiche Besitzer gemeinsamer Lande machen, vorgeschrieben Bündtnüs bestettet.“

faciendam rogasse Wenceslaum et Ioannem Bohemiae principes, una cum aliis principibus secularibus et ecclesiasticis co-mitibus et dynastis ejusdem regni ab una, Albertum et Leopold. Austriae duces ab altera parte; cui petitioni cum consultis principibus annuisset, clausulae literarum confirmationem suam annexit<sup>33)</sup>). Quinimo ne unquam subditorum quisquam, si jam eveniret successio, contradicendi jus sibi sumeret, cum in ipso successionis pacto declararunt pacientes<sup>34)</sup>), feso omnium ordinum subditos non modo in consilium antea adhibuisse sed et voluntatem eorum atque consensum satis explorasse, tum ipse Carolus IV. cuius in primis res agebatur, intentis viribus id effecit, ut Austriae, Stiriae atque Carinthiae proceres jam a. 1364 sui heredumque nomine per singulares literas interveniente jurejurando promitterent<sup>35)</sup>), feso mutuum

33) Lünig l. c. p. 61. „Das haben wir — durch des Rechten willen die Fürsten und Herren gefragt zu Prag und Wien (Sachsen, Salzb., Passau, Freising, Speier) Praelaten, Grafen, Freyh., Getreuen, dieselben haben uns mit Recht und Urteil erfinden, dass wir solche Lehen leihen möchten, so haben wir verliehen — als gleichen veräinten und ungefunderten Wartern gemainer Anfälle — und bestetteten, auch confirmiren, mit wissen und willen, wort und gunst der Churfürsten, und ob einerley Gebrechen des Rechten were, — den erfüllen wir von sonderlichen Gnaden.“

34) Lünig l. c. p. 55. „dass wir nach Rath, willen und gunst aller unser „Fürsten, Landtherren, Rittern und Knechten, Bürgern und Landsassen, die nothdürftig dazu wären mit worten, werken und geberten, die nach geistl. und weltlichen Rechten oder Gewohnheiten, oder nach gemeinerley Land-Rechten oder Freyheiten darzu gehöront -- gethan haben — solche gemächttnüs.“

35) Lünig l. c. p. 56. „Und wann dieselbig Ordnung mit unser — Rath, willen und gunst geschehen ist, darumb haben wir für uns und unsere Nachkommen ewiglich verheissen mit unsern Treuen und geschwörnen laibl. Ayde, dass wir die gemächtnüsse aufnehmen, halten, stett haben und völ-führen sollen und wollen.“ Viennae d. Ven. ante d. dom. Ocul-

mutuum hocce successionis pactum eveniente casu sartum tectumque servatuos esse. Ad quod quidem compensandum fibique melius prospiciendum Carolus ipse a. 1366 singulares conscribendas curavit literas<sup>36)</sup>), quibus jura et consuetudines ordinum provincialium ante nominatorum graviter atque enixe se tuiturum promisit. Quid quod cum incipiente sec. dec. quinto a. 1404 pactum hoc Budwisiae denuo repeteretur, consensum eorundem rursus interpositum esse, ex ipsis ejus verbis perspicue elucet<sup>37)</sup>. Ex quibus omnibus hoc saltim colligere licet, subditorum tum omnium, tum procerum in primis partes, quas fibi in pactis successionis vel mutuae vel ab una tantum parte stipulatae depositerent, majorés olim fuisse, quam quas insequent aevo, ne dicam hodie adhuc esse, contendere quisquam ausit<sup>38)</sup>.

### §. 6.

*Brevis exponitur historica confirmationis caesareae pacti confrat.  
Saxo-Haff. ab initio ad medium usque sec. XVII.*

Quod si omnem pactorum confraternitatis eamque fere immensam, qua abundamus, copiam paulo diligentius dispiendi perlustraveris, vix ullum magis conspicuum, quod prae

36) Lünig l. c. p. 57. „Promitterimus — omnes et singulos — praetatos, comites, nobiles — milites — judices — cives, incolas et rusticos, universitates, quaslibet — omnibus privilegiis et adprobatis consuetudinibus gaudere — personam, ipsosque in omnibus manuteneremus et conservare.“ Viennae ind. IV. quinto Id. Maij.

37) Goldast de regni Bohemiae iuribus (ed. Schminke) Tom. 2. p. 101. n. 18. Lünig in Cod. diplomat. German. Tom. 1. p. 1415. n. 339.

38) A. F. H. Posse über das Einwilligungsrecht deutscher Unterthanen in Landesverfügungen (Ien. 1786. 8.) p. 55. §. 15. not. d.

prae aliis cum aetatis atque originis, tum temporis, quo stetit, ratione, tum denique argumenti gravitate emineat, reperire licebit, quam pactum *Saxo-Haffiacum*. Omissis his, quae de ejus origine jam olim uberius disputavi, nunc jam in anno 1373 subsistere juvat, quippe primo, quo mutuae successionis foedus, antiquitus jam, uti persuasum mihi est, Hassiae cum Thuringiae principibus intercedens, renovatum, et ad Misniam quoque, quod amplecteretur, prolatum est<sup>39</sup>). Quo facto, quum pacientes nil magis curae cordique haberent, quam ut fraternum foedus, in quod Thuringia aequa ac Misnia receptae erant, tuerentur ac sustinerent, omnem, quam poterant, vim ac auctoritatem illi imponere nitebantur, quo prius quilibet, terras hasce a se invicem avellendi, conatus, quales jam quondam Ludovicus Bavarus animo secum volutaverat, repellerentur. Sed unde, quaeso, plus roboris, quo pactum augeretur, exspectare poterant, quam si ipsum Caesarem adirent rogantes, ut non modo confirmationem suam consociationi huic fraternae impertiret, sed et in feudorum communionem eos inter se invicem cooptaret, ut ne feminea stirps ullum unquam hasce terras vindicandi jus sibi fumeret<sup>40</sup>).

Quo quidem consilio cum Wilhelmus Thuringiae Landgravius Misniaeque Marchio, tum Hermannus Hassiae princeps

<sup>39</sup>) Comment. de orig. et incr. pacti confr. *Saxo-Haff.* §. 9. p. 23. Ipsius pacti tabulae extant ap. Müeller im R. T. Th. Max. I. P. 1, c. 67. p. 566 seqq.

Eistor in Elect. (Origin.) juris publ. Haff. p. m. 200 seqq. aliosque quos refert Schminke in monum. Haff. Tom. 3. p. 39 seqq.

<sup>40</sup>) E. W. Ledderhose kleine Schriften Band 3. n. 2. p. 65. §. 4.

cepit coram ipso Caesare Pragae in throno sedente comparuerunt, solita pompa solenni ducta, demisse Illi supplicantes, ut confraternitatem ipso consentiente ac volente quondam confessam nunc quoque et confirmare, et omnes agnatos tanquam aequales et veros consortes atque coheredes manu unanimi et conjuncta in feudorum omnium communionem recipere velit<sup>41)</sup>). Quibus quidem precibus quam adsentiri Carolo placuissest, principes antea in consilium vocavit<sup>42)</sup>, eorumque adsensu potentibus eo, quo optaverant, modo simultaneam investituram concessit, ita ut vel omnes posthac acquitatae terrae ea simul comprehensae essent<sup>43)</sup>). Praeterea vero confirmationem suam modo adjecit, ut non nocente lege vel consuetudine aliqua contraria, nec solennium aliquo in rebus gestis defectu in aeternum foedus hoc firmum esse juberet<sup>44)</sup>). Caeterum pacientes procerum quoque, nisi adsensus, tamen consilii rationem habuisse, ex ipsius pacti arguimento,

41) Leguntur confirmationis literae ap. Estor in Elem. jur. publ. Hassf. p. m. 66 seqq. Lünig R. A. P. Sp. Abt. 4. Abs. 2. n. 1. p. 3; seqq. et Moser St. R. P. 17. p. 23. §. 12. Summam invenies ap. Pfeffinger ad Vitr. Tom. 4. Lib. 3. Tit. 20. p. 218. Notari debet discrimen aliquod in petenda similit. investitura obvium, nimis Hassiae Landgravius principatum suum, maximam partem alios continentem, Caesari antea obtulit ut illum tanquam imperii feudum marchionibus aequo ac Landgraviis redderet; „hat uns das Fürstenthum und Landschaft aufgetragen, und bathe uns, daß wir — geruheten zu verleihen“; contra ea Thuringiae princeps simpliciter Hassiae principum receptionem in feudorum suorum communionem petit.

42) „Mit wolbedacht'm muthe, Rathe, Fürsten, Graven und Freien.“

43) „Haben verlichen — das sie — Miterben Irer Fürstentumbe, die sie haben, „und hernach erwerben, heißen und bleiben sollen.“

44) „Und das solche Miterbschaft — ewiglichen stet, fest und unzubrochen „bleibe.“

mento, in primis ex principum promisso, sese jura eorum ac privilegia tueri velle, satis superque patet<sup>45)</sup>.

Sed quamvis jam a. 1392 renovatum sit pactum<sup>46)</sup>, confirmationem tamen a Caesare ei rursus impeditam esse, haud magis constat, quam a. 1421 foedus ipsum denuo esse repetitum<sup>47)</sup>. Sed in renovatione ejus a. 1431 facta utraque pars, eo ut confirmatio Caesaris sequeretur, annitendum firme stipulabatur<sup>48)</sup>; quod quidem studium prospere successisse, evenitus probavit, quippe cum triennio post (1434) Sigismundus imp. voti eos compotes facere vellet, suaque auctoritate non modo foedus hocce, a quo tamen Saxoniae ducatus expresse excludebatur<sup>49)</sup>, consultis principibus omnibusque fidelibus praesentibus, roboraret, sed et singulari quadam gratia animique affectione ductus, quaeviis feuda a singulis possessa simultanea investitura omnibus traderet<sup>50)</sup>.

## C 2

## Quae

45) „Mit gutem Vorrathe unser Rathsmanne und diener. Auch wollen wir — „Stede, Lande und Leute bei allen iren Rechten und Gewohnheiten lassen.““

46) Mueller R. T. Th. Max. I. P. I. c. 67. §. 10.

47) Mueller Sächs. Annal. ad h. a. p. 10. Weck Beschr. v. Dresden. p. 119, c. Mosers St. R. P. 17. p. 29. §. 15. et F. St. R. P. I. p. 977 in f.

48) Mueller in R. T. Th. Max. I. l. c. §. 12. „Wollen bearbeiten, das diese „Brüderschaft bestätigt, bewilligt und gevolut wird.““

49) Comm. mea de orig. etc. §. 10. p. 27.

50) Mueller l. c. P. I. Vorft. 2. c. 67. §. 21. p. 591 seqq. exhibet confirmationis literas Ulmae d. Merc. post d. St. Jac. conscriptas, ubi haec leguntur verba: „darumb han wir mit gutem Rat etlicher Fürsten, Graven, Herrn und Getreuen, „die yrzund bei uns gewest, solche Brüderschaft bestätig, bevesteten und con-„firmire —. Fürder haben wir unsre befundere Gnade mitgetheilt, und inen „alle und ygleiche ire lande und leute, die — sie infonderheit von uns und „dem Reiche zu lehen — haben, zusammen gereicht und gelyhen — samentlich „inne zu haben.““

Quae quidem Sigismundi confirmatio et ob id notari m<sup>e</sup>retur, quod, quantum scio, prima sit, quae luculento inferiat testimonio, non eam esse ejus vim ac auctoritatem, ut antiquiora aliorum jura laedere, multo minus evertere valeat, sed hac semper eam dari conditione, ut tertii cujusque jura salva serventur. Nimirum quum Mogunt. Elector, qui ex infederatione hac periculum sibi imminere metuebat, quia pacientes Archiepiscopatui etiam clientelari nexus quodammodo obstricti erant, confirmationi obloqueretur, Imp. singulares ei literas dedit, quibus nec ipsum pactum, nec confirmationem caesaream jura ejus feudalia vel alia quaecunque unquam diminutura vel violatura esse, solenniter assereret<sup>51)</sup>; quae quidem scripta stipulatio sub *decreti salvatorii* nomine venire solet.

Sed utrum alia post hanc specialis confirmatio ab Imperatoribus pacto huic Saxo-Haff. impertita fuerit, admodum videtur dubium; certe eam, quam Maximil. I. in literis investiture Haffiae a. 1495 conscriptis ab Alberto imp. datam perhiberi affirmat<sup>52)</sup>, nusquam hucusque invenire mihi licuit, et vero simile est, generalem privilegiorum Saxoncor. confirmationem ab Alberto datam<sup>53)</sup>, his verbis intellectam fuisse, licet illi confraternitatis mentio haud injecta sit. Idem quoque de Friderico III. imp. dicendum videtur. Etenim sicuti certo

51) de Guden Cod. diplom. Tom. 4. p. 214. „Setzen wir, das solich Vereynung — Dieterichen zu Mentre an allen Lehnshafsten, die unsre Oheim von d. Stift zu Lehen haben und fust an andern iren Rechten unschädlich seyn, und kein Krenkung daran bringen solle in kein weiz.“

52) Mueller l. c. c. 61. §. 5. p. 540.

53) a. 1438. Viennae ap. Eundem l. c. p. 592. §. 22.

certo certius est, illum auctoritate sua pactum istud vel plures firmasse, contra negari nequit, eam tantum in generali privilegiorum confirmatione Saxonibus eam rogantibus comprehensam fuisse. Eiusmodi quidem expresse a. 1442 et 1456 factam esse reperimus, ita ut vel simultanea investitura fraterna sit<sup>54)</sup>. Pari modo a. 1486 et 1487, quo posteriore fraternum foedus inter Hassiae et Saxoniae principes renovatum legitur, nec non literae, quibus illi Saxoniae urbibus jura sua conservanda promittunt, occurrunt<sup>55)</sup>, hos generalem tantum omnium privilegiorum confirmationem a Friderico III. nactos esse, inter omnes constat; et licet non diserte confraternitas memoretur, ea tamen haud obscure intellecta videtur, quia vel ea ipsa, quae Carolus IV. et Sigism. imperatores illis concederint, jura expressis verbis caesareae confirmationi subjecta sint<sup>56)</sup>. Specialem vero pacti hujus renovati exstare confirmationem, jam ideo veri dissimile est, quia paulo post exeunte sec. XV. plures occurrunt feudales literae, partim Hassiae, partim Saxoniae principibus a Max. I. a. 1495 datae, quibus illa quoque imperii feuda, in quorum communionem ope confraternitatis initae mutuo recepti fuerant, ab Imperatore in eos simultanea investitura conferuntur, et postremo ipsum fraternum foedus firmatur<sup>57)</sup>.

## C 3

## Quod

54) Mueller l. c. p. 593. 594.

55) Idem l. c. p. 576. §. 14. Ebor in elect. jur. publ. Haff. p. 206—209.

56) Mueller l. c. p. 596. 598.

57) Videis literarum hujusmodi exempla ap. Moser St. R. P. 17. p. 36. §. 29. et Fam. St. R. P. 1. p. 981 seqq. Mueller l. c. c. 58. §. 9. 10. et c. 59. §. 1<sup>a</sup>. p. 524. 526. et 528.

Quod supereft, licet pactum hoc fraternum femel iterumque sequenti tempore renovatum fit, id quod tabulae publicae a. 1520<sup>58)</sup>, 1555. 1587 et 1614 confectae testantur, specialem ejusdem confirmationem nusquam detegere licuit, nec quin unquam reperiri posfit, ob rationes adductas vix dubitandum est. Pauca duntaxat capita, quae haud parum momenti ad confirmationis caesareae historiam illustrandam mihi habere videntur, in medium adhuc adferre licitum fit; nimirum a) quod Carol. V. imp. in literis notissimis, quibus a. 1552, Ioan. Frid. Saxoniae quondam electorem in pristinam libertatem restituit, specialiter et diferte confraternitatem hanc, ut eum participem illius redderet, auctoritate sua roboraverit, licet, sicuti ipse perhibet, eam jam femel sub auspiciis imperii rogatus confirmasset<sup>59)</sup>; b) quod in tribus posterioribus supra notatis confraternitatis renovationibus utraque pacientium pars id invicem stipulata sit, ut caesareae confirmationi, olim saepius datae, denuo obtainendae operam darent<sup>60)</sup>, quae studia an illis successerint, certo adfirmari nequit; c) quod deinde, quanta subditorum, in primis procerum in pactis hisce successionis ineundis fuerit auctoritas, non solum ex eo apparet,

58) Mueller l. c. p. 576—578. Moser l. c. p. 37. §. 30.

59) Conf. de hac materia Struvii Corp. hist. Germ. p. m. 1070. Mueller l. c. c. 67. p. 599. §. 25. Birks Sächl. Held. faal ibique Fellers Anmerk. p. 335. §. 12. Luenigs R. A. P. Sp. Abt. 4. Abs. 2. p. 65 in f. „Soll auch die Erb-, „verbruderung, massen wir die, als wir in unsre — Regierung geschritten, „auf Anfuchen confirmirt, und hiemit nochmals zum Überfluss — confirmiren, „unzertrennt — bleiben.“

60) Moser l. c. p. 40 seqq. §. 35. 38. 41. Luenig l. c. p. 84. et 121. n. 35. et 42. Estor in Elem. jur. publ. Hass. p. 73—83. Mueller l. c. p. 584—588. „Wollen bey jtziger Keyff. Maj. bearbeiten, daß diese Brüderschaft bestetigr., bewilligt und gevollwort werde.“

reat, quod post initum ejusmodi pactum suos quisque subditos ad fidem alteri jurejurando interposito promittendam adi- geret, sed et antequam conficeretur pactum adsensu eorum potiri studeret<sup>61)</sup>.

§. 7.

*Iuncta simul confirmat. caesar. pacti confr. Saxo-Haff. Brand. brevi narratione.*

Paulo majoris momenti res est, de qua acrius disceptatur, pacti hujus confirmatio. Praeteritis, quae de eo, quo domus Brandenb. ad illud vere accesserit, tempore differuntur, annum, pro quo plurimae eaeque evidentissimae pugnant rationes, lic pro certo admittere sufficit, scilicet a. 1457<sup>62)</sup>, quippe quo anno adfinitas, quae inter Brand. et Saxon. dominum contracta est, occasionem admodum probabilem dedit, illam in foedus fraternum jam diu inter hanc et Hassiam celebratum recipiendi, hac tamen expresse adjecta clausula, ut ne vetus pactum Saxo-Hassiacum ullo modo novo foedere turbetur vel violetur, quare et sequenti tempore utrumque pactum semper separatim renovatum legitur. His praemissis ad ipsum confirmationis argumentum agendum nosmet convertamus! Et quidem in ipsis pacti a. 1457 inter Saxones Hassosque ab una, Brandenburg. ab altera parte Numburgi ad

Salam

61) Ut verba a. 1555 et 1614 testantur: „Dafs wir Gott zu lobe und Ehr uns mit „wolbedachtem Muht, und gutem Vorrath unferer Räthe Manne und der Unfern „s, verbündert haben.“

62) Comm. mea de orig. §. 11. Pfeffel abregé chronol. de l'hist. d'Allem. T. I. p. 575. de Hellfeld Leben Ioh. Finst. d. j. v. Weimar p. 58. Aliosque auct. cit. ap. Kreisig in bibl. hist. Saxon. p. 198.

Salam initi tabulis<sup>63)</sup> statim in introitu paciscentes adserunt, sepe adnuente et volente Frider. III. imp. fraternum foedus nexisse, omnesque terras suas, tam praesentes quam futuras, eo complexos esse. Ordinum provincialium jura ut salva sint cavent, fidei promissionem ab urbibus in literis faciendam stipulantur et denique addunt, operam sepe datus, ut foedus caesarea auctoritate stabiliretur<sup>64)</sup>. Quae vero an re vera subssecuta fuerit, magnopere dubium est. Plures quidem eodem, quo pactum initum est, die (29. April.) formulam confirmationis a Friderico petendae adumbratam, minime vero perfectam fuisse adfirmant<sup>65)</sup>, nullis, ob quas defecerit, adjectis rationibus; alii contra in aliam discedunt sententiam<sup>66)</sup>, adeo ut *Limnaeus* vel ipsum confirmationis caesareae exemplar sepe inspexisse contendat, nunquam autem pacta haec, quoties postea renovata, caesarea auctoritate stabilita fuisse. Quae quidem sententia admodum adjuvatur, partim ipsis, quae adhuc exstant<sup>67)</sup> confirmationis caesareae tabulis, partim

63) Exempla pacti inventire licet ap. Mueller l.c. p. 573. §. 13. Rudolphi Gotha diplom. p. 82. Luenig l. c. P. Sp. Cont. II. p. 763. Gundlings Leben Friedr. II. p. 450 seqq. §. 6.

64) „Wollen beholzen sin, dass diese Brüderschaft bestettigt werde von uns, fern Herrn d. Kaiser, und uns izlichen Fürsten befondere Bestettigungsbriefe darüber werden gegeben.“

65) Inprimis hoc referendi sunt *Struvius* in Corp. jur. publ. p. 1199. §. 48. et 67. Moser St. R. P. 17. p. 32. §. 25. et Fam. St. R. P. 1. c. 13. p. 980. Mueller Sächs. Ann. ad h. a. p. 35.

66) E. g. de Hellfeld Beitrag, zum St. R. u. d. Gesch. v. Sachsen p. 111. in not. *Limnaeus* in additam. ad jus publ. Lib. 4. c. 8. p. 620.

67) Datis Norimb. d. Ven. post Quasimod. gen. ap. Luenig R. A. P. Sp. Cont. 2. Abt. 4. Abs. 2. in supplem. p. 763. n. 183.

partim literis a Saxoniae electore d. 30. April. 1626 ad imperatorem datis<sup>68)</sup>). Quid quod si ipsas tabulas confirmatio-  
nis paulo diligentius inspexeris, nulla, credo, ratio occurret,  
ob quam de veritate et consummatione earum dubitare queas,  
quippe quea tanta verborum amplitudine argumentique singula  
quaelibet capita huc spectantia complexi gravitate conspicuae  
sunt, ut quam proxime ad similitudinem aliarum confirmatio-  
num caesarearum, in primis ejus, quae a Carolo IV a. 1373  
impertita fuit, accedant. Etenim exposita rei ratione, Imper-  
ator consultis imperii principibus non modo confraternita-  
tem adprobavit ac auctoritate sua firmavit, sed et sua cuius-  
que feuda alteri simultanea investitura in condominium clien-  
telare concessit<sup>69)</sup>). Quod si vero quidam centendant, in con-  
firmatione a Maxim. II. pacto Brand. Pomeranico a. 1574 impertita  
hocce quoque fraternum foedus firmatum legi, notandum est, licet ejus mentio ibi fiat, illud tamen sub verbis con-  
firmationis nequaquam comprehensum, ideoque vix ac ne vix  
quidem pro tacite confirmato a Caesare habendum esse<sup>70)</sup>.  
Operae pretium non est, diutius immorari his, quae a. 1537  
et 1538 inter utramque partem de pacti renovatione hinc  
inde acta sunt<sup>71)</sup>; sed statim progredior ad a. 1571, quo qui-  
dem

68) Ubi haec verba, „dafs von undenklichen Jahren die 2 Häuser unter einander  
„eine Erbverbrüderung aufgerichter, die auch Friedr. III. confirmiret,  
„bekrefftiger“ etc. cf. Bodinus diff. de pact. confrat. §. II.

69) „Haben wir mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath unser und des Reichs  
„Fürsten — confirmirt und bestätiger — also dafs die Fürsten zu gesamter Handt  
„empfahen und Lehnspflicht thun sollen.“

70) Luenigs R. A. P. Sp. Abt. 4. Abs. 3. p. 65 seqq.

71) Moser St. R. P. 17. p. 38. 39. §. 31. 32.

demi in conventu renovationis causa Schönbeci frustra habitu pacientes hoc consilium ceperunt, ut, si Imper. pacto tunc confecto consensum suum adjicere detrectaret, ipsi vicissim suum cujusque jus succedendi in alterius terras sustinerent. Quare cum Elector Saxon. et Brandenb. a Rhenanis Electoribus literas sic dictas consensus conscribendas peterent, eas haud subsecutas esse, eventu docemur; nimirum Palatinus per mera verba, non vero per literas scriptas, consensum declaravit, Moguntinus contra consensum suum in conventum Elector. Rhenan. distulit; quid quod Rudolphus imp. ipsas authenticas confirmationis Frider. III. tabulas partes investigare jussit; quod utrum factum sit, nec ne, dubitatur<sup>72)</sup>.

Majus adhuc ad rem momentum habent ea, quae a. 1587 in conventu Numburgi fraternali foederis denuo nectendi causa habitu hac mente agitata sunt, ut Caesar illud sua auctoritate muniret; quae omnia uberiore sermone exposuit legatus Hafsiacus<sup>73)</sup>, cuius summa tantum capita hic adferre juvat. Et potissimum quidem pacientes id animo intenderunt, ut Electorum consensu potirentur, quippe qui caesaream auctoritatem necessario praecedere deberet; quod cum non prospere succederet, et nihilo minus persuasum iis esset, solam Imper. auctoritatem haud sufficere, nec alias domini directi consensum negligendum esse, alio die argumentum hoc rursus iterumque deliberando tractarunt. Cujus quum, non obstante contraria

Saxo-

72) Rerum gestarum narrationem dedit Estor in Elem. j. p. Hass. p. 65. n. 26. 27. 29. cf. Bodinus l. c. §. 39. Mueller Annal. ad h. a. p. 559. Moser l. c. p. 47. §. 37.

73) Ap. de Heilfeld in Beiträgen zum Staatsrecht und der Gesch. v. Sachsen (Eisen, 1785. 8.) p. 63 seqq. cf. quoque Moser l. c. p. 48 seq. §. 38.

Saxonum sententia, qui confirmationem specialem superfluam credebant ob generalem investiturae literis insertam, is esset eventus, ut Imperatori preces suas offerrent, et ipse Rudolphus benevolum ac amicum responsum redderet<sup>74)</sup>, post praevias aliquas pactiones, in quibus confirmationi a Caesare vel ejus successore impetrandaen exixe inhaerent, fraternum foedas d. IX. Nov. percusserunt<sup>75)</sup>, quo se se adnuente et permittente Rudolpho ita nec secus egiſe statim declarant. Omnia vero et singula momenta tam fuse et copiose exposita sunt, ut illud commode exemplo inservire queat. Eodem adhuc die legatos, qui ad Imper. confirmationis et simultaneae investiturae ergo mitterentur, mandatis scriptis instruxerunt<sup>76)</sup> quibus fane, quaecunque rationes Caesarem ad precibus suis annuendum impellerent, enumerantur. Pristina veterum confirmationum exempla in memoriam revocant, et rogatam concessiōnem alienationis talis speciem prae se ferre, quae Electorum consensum plane necessarium redderet, negant<sup>77)</sup>. Quod si nihilo secius contingenteret, ut Caesaris confirmatio denegaretur, antiqua tamen confraternitas Saxo-Hass. ut salva sit, carent, et vel novo huic pacto promovendo se alio modo

D 2

con-

74) Scriptae sunt literae d. 28. Jul. 1587. ap. de Hellfeld l. c. p. 97 seqq.  
„Soviel unsrer Person und Kayserl. Amt belanget, — haben wir uns mehr als  
„einmahl erklärt, dem seindt wir auch — antzuhangen gentlich gemeinet.“

75) Pacto praevia primum impressa leguntur ap. de Hellfeld l. c. p. 98 seqq.  
Pactum ipsum exstat eod. p. 108 seqq.

76) de Hellfeld l. c. p. 123 seqq.

77) „Die Churfürsten würden, wenn der Kaiser vorgeinge, bald nachfolgen, da  
„auch solches keine alienatio wäre, sondern solche verleihunge der Ange-  
„felle bey ihrer Maj. wol stünde.“

consulturos fore adfirmant<sup>78)</sup>). Novissima foederis hujus renovatio a. 1614 parata<sup>79)</sup>), nulla parte prae prioribus conspicua est, nisi quod probare videatur, pacientes vel sibi persuasisse, pactum, licet non confirmatum, propria sua vi ac auctoritate sustineri posse, vel revera quoque caesaream confirmationem aliquo modo, de quo nondum satis compertum habemus, fecutam fuisse<sup>80)</sup>). Saltem si Ferdin. II. verbis fidem habere licet, foedus hoc, quo trina principum stirps juncta est, fraternum semel iterumque caesarea auctoritate stabilitum esse deberet. Etenim postquam Ferdinandus in pace famosa, Pragae a. 1635 inter ipsum et Saxoniae electorem composita, cujuscunque generis consociationes prohibuit, in §. 79. hocce addit effatum: „Solle auch dadurch der 3 Häuser „Sachsen, Brand. und Hessen uralte von den röm. kayfern „confirmirte Erbverbrüderung unbeschadet seyn“<sup>81)</sup>.

Sed quam parum in generalium hujusmodi confirmationum incertis verbis acquieverint pacientes, luculento argumento sunt ea, quae hanc ob causam hinc inde agitata sunt inter partes consilia in celebri conventu pacis Westphalicae concilianda causa habito, eo maxime spectantia, ut Imper.

con-

78) „Sollen die Räthe melden, das ihre Herrn ihre Gelegenheit ferner zu bedenken wiffen würden, auch es deswegen bei den alten Hess. und Sächs. Erbverbrüderung in alle Wege verbleiben würde.“

79) Londorp in act. publ. I, 48. p. 157. Luenig P. Sp. Abt. 4. Abs. 2. p. 154. Dumont C. D. II. P. 2. p. 237. Moser I. c. p. 54—72. §. 41. Estor in Elem. j. p. H. p. 83—96.

80) In initio pacti ita legitur: „mit sonderlicher Erlaubniß und Gunst des Herrn „Marchiae etc.“

81) In der Frankf. Samml. d. R. Absch. Tom. 2. P. 2. p. 546.

confirmatio confraternitati huic adjecta ipsis pacis tabulis inferetur. Quae vero quam parum successerint, ex responsis appareret, quae legati Caesaris foederatis reddiderunt, confirmationis eum esse tenorem, quod, quia inter jura Imper. reservata referenda sit, paci commode non inferi possit, quare melius sibi consulerent, si preces suas ipsi Caesari offerrent, qui eis gratificari sine dubio non recusaret<sup>82)</sup>). Et quamvis legati Imper. deinde pluries declararent: „confirmabit „Imp. confraternitatem inter domum Saxon. et Hass. tum et „Brandenb. modo S. Caes. Maj. de interessatorum consensu „cum debita reverentia hoc nomine adeatur“<sup>83)</sup>), variaque alia ejusdem argumenti effata passim in medium adlata sint<sup>84)</sup>), postremo tamen omnes conditiones confirmationi scriptae, pactionesque de ea factae plane dissolutae sunt, ita ut nec confraternitatum earumque confirmationis in pace mentio ulla facta, nec aliquo modo huic prospectum sit; ut taceam, veram rerum gestarum frustrataeque spei rationem in his causis quaerendam esse, quas Caesaris legatus de *Trautmannsdorff* ingenue confessus esse perhibetur<sup>85)</sup>). Plura post hoc tempus fratribus foederatorum studia atque conamina, tum foedus renovandi, tum confirmationem ab Imper. petendi, praesertim a. 1651 et 1664, quae vero omnia in cassum ierunt, vix, quae memorentur, digna sunt<sup>86)</sup>.

D 3

§. 8.

82) Videis ex Actis P. W. excerpta ap. Moser im St. R. P. 17. p. 72—97. §. 43.

83) Gothofr. de Meier Act. P. W. Tom. 4. p. 425. 428. et 453 in f.

84) Idem l. c. Tom. 5. p. 158 et 762.

85) cf. Schweder in theatro hist. praefer. et controv. illustr. (Lipz. 1712. fol.) p. 275. „der Kayser würde nimmermehr seinen Confens dazu geben, daß

„die 3 Häuser — unter ein Haupt zusammenkämen, weil dieses der Kayser.“

„Macht dermaleins die Wagschaal halten könnte.“

86) de Hellfeld l. c. p. 132 et 137 seqq.

*Exempla quaedam sec. XV.*

Primum, quod hic proferre luet, successorum pactum inter domum Meclenb. et Brand. occurrit, admodum notabile, dum, quam necessaria sit non modo caesarea confirmatio ejusmodi pactorum, quae vel uni parti de futura successione in alterius sine mascula prole defunctae terras feudales carent, sed etiam electorum adprobatio per literas consensus petenda, luculenter demonstrat. Scilicet in comitiis Francof. 1442 habitis Frider. III. imp. cum successionis pactum eodem a. initum, consultis prius electoribus et principibus, consensu suo rogatus firmasset, et Brandenb. electorem heredesque, in even-  
tum si stirps Megalopolitana sine liberis masculis decederet, omnibus ejusdem terris simul investivisset<sup>87)</sup>, electores quoque sensim, unus post alterum Imper. exemplum secuti, concessionis literas, licet maximam partem paulo tardius, conscribendas curarunt. Primus omnium Moguntinus Theodoricus a. 1444 eas confecit, earumque a. 1487 confirmationem dedit<sup>88)</sup>; quem quidem bis secutus est Sax. elect. Fridericus, tum eodem adhuc anno, tum octo post annis<sup>89)</sup>; postremo etiam Palatinus elector Philippus a. 1500 literas scripsit, qui-

<sup>87)</sup> cf. Prolifion. meam §. 10. p. 40. n. 7. Muellers R. T. Th. Friedr. V. P. 1. Vorst. 1. c. 13. §. 8. p. 187 seqq. Luenigs R. A. P. Sp. Abt. 4. Abs. 3. p. 11 seqq. n. 7. „haben wir nach Rate — unsern Willen, volwort und ver- „hengnus gegeben — und bevesten und confirmiren die Huldung und „Verschreibung.“ Moser St. R. P. 17. §. 57. p. 109 seqq.

<sup>88)</sup> Fabers St. Kanzl. P. 14. p. 111 et 116. „So geben wir unsern willen und „volwort darzue, confirmiren und bestätigen das als ein Churfürst.“

<sup>89)</sup> Mueller I. c. Vorst. 6. c. 32. p. 143 seqq. et Faber I. c. p. 121.

bus ad sensum suum declararet<sup>90)</sup>). Quae vero postea inter utrumque pactem de hac re transacta leguntur, minima ex parte hac pertineat.

Eodem adhuc seculo ejusdem argumenti pactum initum reperimus ob duo in primis momenta dignum, ut locum hic obtineat; dico foedus hereditarium, a. 1433 inter comites Hohnsteinenses ab una, et comites Stollberg, et Schwarzburg, ab altera pacte confectum<sup>91)</sup>). Et 1) quidem, quod ad dominorum directorum consensum in foedere hoc pungendo adhibitum attinet, alii jam satis de eo exposuerunt, quare melius hic omitti videntur; 2) dein vero id admonendi sumus, notabilem huic pacto insertam esse formulam, quae, quantum in pactis hujusmodi ineundis provinciales ordines quondam valuerint, aperte testatur, dum non solum suasisse eos, sed et ad sensu suo praecepsisse, extra omnem dubitationem ponit<sup>92)</sup>.

### §. 9.

#### *Exempla nonnulla sec. XVI.*

Inchoante dicto seculo statim mihi occurrit verae confraternitatis exemplum, hucusque saltim inter ordinem earum, quod

90) Faber I. c. p. 127. „Geben und thun unsere gunst, willen und verhengnüs, „also dass all solche Gnade, Freiheit, Recht, Belohnung und Bestetrigung ganz „stet, veft, und unzerbrochen — gehalten werden, und volkommene Kraft „haben sollen, als ob Ihr Briefe hierinnen von Worten zu Worten verleibet „wechren.“ —

91) Prol. mea §. 11. p. 42.

92) Moser I. c. p. 154. §. 75.

93) Lüning R. A. P. Sp. Cont. 2. Forts. 2. Abt. 6. Abs. 21. p. 285 seqq. „Mit „Wolbedachtem muthe, zitigem Rathc, wiffen, willen, und Volbord unser „Räthe, Erber Mann und Steten erblich und zu ewigen Gezieten zusammene- „gefetz.“ —

quod sciam, haud referri solitum; ob id maxime insigne, quod perspicuo sit argumento, hasce partes, quas Imper. in pactis antea adductis semel iterumque sibi sumissæ vidimus, in unica hac eaque ratione positas fuisse, quod semper, saltem quoad maximam partem, imperii feuda iis comprehensa essent, quorum successionem pacifcentes sibi invicem stipulari vellent, quorumque respectu Imper. domini directi vice fungeretur. Simulac vero haec Caesaris conditio plane deficiat, et vel alio*de mortali oboe duci multum*  
lodia tantum, vel tales terrae feudales, quarum aliis est dominus directus, adsint, aut nullae omnino Illius sunt partes, aut ejus tantummodo consentire interest, qui vicem et officium domini directi tenet.

Quibus quidem plene respondet consensus, quo Ericus Episc. Osnabr. et Paderborn. dux Brunsvic. a. 1511 firmasse legitur fraternum foedus, quo praecedente anno juncti fuerant Antonius et Ioan. fratres, Iustusque filius, comites Holstiae et Schauenb. cum Simone et Bernhardo comitibus Lippiae, ea nimirum mente, ut si unius alteriusve stirps mascula exaruiisset, superstes ejusve heredes in quascunque defuncti terras succederent, omniumque jurium a defuncto possessorum participes fierent. Quae vero cum feuda ab Erico ejusque Episcopatu collata complecterentur, consensus Illius necessario a pacifcentibus erat adhibendus, cuius impetrandi studium quoque tam prospere successit, ut Episcopus tantum sua et Episcopatus jura eo haud deminuta, sed farta tecta fore caveret<sup>94)</sup>.

Notum

94) de Selchow Neue Rechtsfälle B. I. p. 34. ibique dupl. Lipp. c. Paderb. 1654. lit. M. lib. petit. Paderb. 1690. n. 4. et Lipp. Actenm. Anmerk. Anl. lit.

Notum est, quam quod notissimum, ob gravem, quem  
habuit, exitum, bellaque inde nostro aevo gesta, mutuae suc-  
cessionis foedus inter Ioach. II. Elect. Brand. et Frideric. du-  
cem Lignic. a. 1537 compositum <sup>95)</sup>, de cuius validitate, in-  
primis consensu domini directi interponendo, tot tantaeque  
enatae sunt disceptationes <sup>96)</sup>, ad quas ex rerum tunc tem-  
poris gestarum monumentis illustrandas quaedam hic adferre  
juvat. Et primo quidem in ipso pacti initio duces more so-  
lito ad consilium et scientiam ordinum provincialium (Präla-  
ten, Ritterschafft, Mann und Städte), simul vero ad vetera  
quaedam a regibus Bohemiae sibi concessa privilegia, quorum  
ope pacta talia inire valerent, provocant <sup>97)</sup>, quo facto ter-  
ras suas (Liegnitz, Brieg, Lüben, Wohlau etc.) electori in  
eventum definitae successionis solenni modo promittunt. Qui  
cum ad id compensandum quaecunque feuda a Bohemiae rege  
in se collata in eundem eventum ducibus reponeret, spopon-

dit,

lit. O. „Sodann unser Ohmen von Schowenburg und von der Lippe Lande et-  
liche von uns und unserem Stiffe tho Lehen getragen werden, — ist solche  
Verbröderung geschehn mit unserm Weeten, Confens und guten willen, heb-  
ben dann, so viel uns des ankommen mag, bewilliget und believet — umb uns,  
unsere Nakomen und Stiffe, sondern Indracht, Gefehrde oder Argelist. Am  
Avende nativ. Ioann. Bapt.“

95) v. de Ludwig rechtsbegründetes Eigenthum des Hauses Brand. auf Jägern-  
dorf, Liegnitz, Brieg und Wohlau p. 33. lit. F. Idemque scriptum latine ver-  
sum: Patrimonium atavitum etc. (1740. 4.) in app. doc. p. 16. n. 6.

96) Plura de his, quae ad jus spectant, in parte libelli posteriore disputationabuntur.  
Scriptorum seriem v. ap. Puettner Handb. d. T. R. G. p. 1135. 1.

97) „Ans besonderer Gunst, Zulassung, und Begnadigung unserer alten privilegien,  
zuförderst Königs Uladisl. 1511 und Ludwigs 1524, welche durch Ferdinand  
den aufs neue befestert und confirmirer.“

dit, se Ferdinandi consensum in feuda haec pacto inferenda impetraturum esse; quod si non procederet, nihilo minus firma et salva fore ea, quae de terris ducum Lignic. pacta es-  
sent<sup>98)</sup>). Quem consensum utrum elector quaesierit nec  
ne, nescio; certius videtur, regem illum haud largitum esse.  
Etenim haud ita multo post Ferdin. duces ad se evocavit, ut  
eum de hac causa jus dicentem audirent<sup>99)</sup>), hac ratione ad-  
jecta, Bohemiae proceres conquestos esse de inita confrater-  
nitate, quippe qua jura regni violarentur<sup>100)</sup>). Quam ob-  
rem d. 18. Mart. 1546 Bresl. sententiam tulit, qua tanquam  
„König zu Böhaimb, und oberster Herzog zu Schlesien“ me-  
moratum pactum abolevit, rescidit, et plane irritum reddi-  
dit<sup>101)</sup>), ne verbo quidem de sua ipsius ceu domini feudo-  
rum Bohem. directi conditione ac iuribus dicto, ita ut vel  
elector, qui tamen, quibuscunque praeditus erat, feuda  
Bohemica in pactum hoc intulerat, ne sententiae quidem inter-  
esset. Cui quidem obedientem fuisse ducem, plures ejusdem  
posthac scriptae stipulationes, et sacramentum a subditis di-  
ctum

98) „Unsere Herrschaften, als Croßen, Züllch etc. in aller Maß wir dieselben  
„von einem reg. Könige der Cron Bohaimb zu Lehn und Pfandschaft tragen,  
„oder überkommen werden. — Wollen wir Joachim von Röm. kön. Maj. als  
„Kön. v. Böhaimb und Herzog in Schlesien über diese Güter Consens erhalten. —  
„Die Erbverbr. v. Hertz. Friedr. Landen soll in Weigerung d. Consens d. Churf.  
„u. s. Erben unverrückt bleiben.“

99) A. 1546. ult. Mart. Oilmütz. Goldast de regni Boh. jur. T. 2. p. 343.  
n. 85. et de Ludwig I. c. p. 42. lit. G.

100) „Welche Verbrüderung und Erbhuldigung wider unserer Cron Bohem und der-  
„selben Stände alterlang Freiheiten — Einleibung — erlangter Eigenthumb  
„derselben, darzu gemeinem Nutz nachtheilig.“

101) de Ludwig I. c. p. 43. lit. GG.

etum abunde testantur<sup>102)</sup>). Quam parum vero elector se illi adstrictum putaverit, vel ex eo appareat, quod extincta 1675 stirpe mascula ducum Lignic. Frider. Willh. elect. jus succedendi ex pacto illo vindicaret, et illud „regum Bohemiae concessionem niti affereret, qua ducibus libera dispositio circa dictas terras indulta fuerit“<sup>103)</sup>). Quae res quo modo demum transacta iterumque rescissa fuerit<sup>104)</sup>, quemque gravem ac inexpectatum hoc tandem sec. habuerit eventum, referri nequit, quia partim non ad rem facit, partim notum est, quam quod notissimum.

§. 10.

*Exempla quaedam sec. XVII.*

Tandem ad ultimum, quo confraternitatis pacta inita reperiuntur, seculum devenio, e quorum numero ob multas de confirmatione caesarea ordinumque provincialium consensu exortas lites maxime conspicuum est fraternalum vinculum, quod nexum est Hannoverae inter Christianum Eberhardum Orientalis Frisiae principem, et Ernest. Aug. ducem Brunsvic. et Luneb. d. 20. Mart. 1691<sup>105)</sup>). Causa, ob quam pactum

E 2      hoc

102) Goldast I. c. p. 345. n. 86. 88. et p. 357. n. 92. Luenig R. A. P. Sp. Cont. I. Fortf. I. p. 378. et 400. n. 271. 273. et 285. exhibent dictas literas a. 1549 et 1596.

103) Sam. de Pufendorf de reb. gest. Frid. Willh. Lib. 18. §. 82.

104) de Ludewig I. c. p. 17. et in app. n. 9. 47 seqq. Puettner I. c. p. 848. 866. 896.

105) Exstat im Gründl. Unterricht vom Successionsrecht d. Churf. v. Br. Lün. in Ostfriesl. (1744, fol.) app. n. 1. cf. Moser St. R. p. 17. §. 64. p. 136. et Fam. St. R.

hoc successu destitutum fuit, quaerenda videtur in omissis his, quibus in eo ineundo opus fuisset. Et primo quidem ordinum provincial. quibuscum principi Fris. Or. jamdiu lites et inimicitiae intercesserant, ne ulla quidem mentio initio pacti injecta est; Imperat. vero tanquam domini directi confirmationem, licet, ut legitimo modo rogaretur, conventum sit, subsecutam esse haud constat. Quare cum ob utriusque defectum, eveniente, de quo cogitatum fuerat, casu, quod stirps principum Frisiae Orient. mascula a. 1744 extingueretur, multae gravesque de successione lites inter domum Brunsvic. et Brandenb. in comitiis aequae ac summis imperii judiciis agitate sint, et suam quisque sententiam argumentis firmare studuerit<sup>106)</sup>, de iis disquirere operae profecto pretium videatur. Sed quia argumenta utrinque prolata solum ad juris praecepta definienda tendunt, magnumque in primis ad capitulationum normas illustrandas momentum habent, plura de his commodius in parte posteriori differuntur. Sufficit addere, domum Brandenb. possessionem Frisiae orient. obtinuisse, cum omne jus suum in data sibi a. 1694 ab Imper. exspectativa poneret<sup>107)</sup>, minime vero, uti forsitan quisquam conjectare posset, in ea, quae tantummodo adumbrata fuit, confraternitatis cum eodem principe ineundae formula, quae qui-

St. R. T. I. c. 13. p. 1005 seq. Scheids Anmerk. zu Mosers Br. Lüneb.  
St. R. p. 171 seqq.

<sup>106)</sup> Historiam rerum gestarum et argumentorum adlatorum invenies ap. Moser I. c. et Fabers Staatskanzlei P. 62. c. 21. P. 74. c. 7. et P. 87. c. 9. p. 702—718.

<sup>107)</sup> cf. Füetter Handb. d. T. R. G. p. 896. et 1171. V.

quidem, quantum constat, ad finem nunquam perducta est<sup>108).</sup>

Alterum, quod hic adferre licitum sit, confraternitatis exemplum, e domo Lauenburg. defumtum, et quidem triplex est, quorum primi, licet altius ascendat, nexus tamen ratio ut mentionem faciam exigit, quia inter omnes simul paciscentes, eveniente a. 1689, quem praeviderant, casu, acrius de successione est disceptatum<sup>109).</sup> Nimirum primum, post illud a. 1369 cum domo Brunsv. confectum, successionis pactum in domo Lauenb. initum est a. 1431 a Bernhardo duce Lauenb. cum Henr. et Ioann. fratribus ducibus Meclenb. ita ut his tantum successio promitteretur<sup>110).</sup> A. 1518 vero res eo est immutata, ut mutuam sibi successionem promitteret utraque domus<sup>111);</sup> Imperatoris vero consensus ne verbo quidem mentio fit, licet feuda imperii disertis verbis memoren-  
tur,

<sup>108)</sup> Mosers St. R. p. 17. p. 127 seq. §. 60. Scripta, quae hac occasione utrinque prodiere, sunt: Gründl. Unterricht, 1744. fol. Entdecker Umgund d. gründl. Unterr. 1745. Berl. et Vertheidigung des gr. Unt. 1745. Hann. et quae sunt id genus alia.

<sup>109)</sup> Plura de lite ob successionem in terras Lanenb. gesta concessit Londorp Act. publ. T. 16. p. 373—414. c. VI. Tom. 17. p. 42—107. c. 2. et 3. Puetter I. c. p. 881. IV. Rudloffs Versf. einer pragm. Einl. in die Gesch. etc. P. 1. p. 145. \*

<sup>110)</sup> Londorp I. c. T. 17. p. 56—57. Moser I. c. p. 148. §. 70. Phil. Fridr. Strube in vindic. jur. Br. et Luenb. in ducat. Saxo-Lauenb. (Goett. 1754. 4) c. 4. §. 23. Prol. mea p. 50. I.

<sup>111)</sup> Londorp I. c. et Levin v. Ambeir Sachsl. Lauenb. Stamml. p. 2. p. 130 seqq. (ap. Londorp I. c. p. 131 seq.) Epitomen pacti v. ap. Moser I. c. et Luenig Grundfälle Europ. Potenzen Gerechts. T. 2. p. 183.

tur<sup>112)</sup>), quorum successio more solito confirmari debet. Et si quidem ex capitulationis Leopoldi art. VI. §. 5. res dijudicanda sit, nec dubium cuiquam de validitate hujus pacti in mentem veniet, propterea quod virtute ipsius capitulationis una cum aliis hoc est confirmatum. Nihilo minus objectum est<sup>113)</sup>), illud nec omnino probatum, nec Imper. consensu munitum esse, sine quo validum putari nequeat. Sed si me dicere velis, quod res est, injusta videtur exceptio, quum si regulam sequamur, omnino pro confirmato habendum sit, dummodo non aliae intercederent rationes, quae ejus robori plane derogarent. Nimirum antecesserant pacta, quae utrius domui liberam de terris suis disponendi facultatem jamjam ademant, dum a. 1369 duces Lauenb. cum Brunsvic. et 1442 duces Meclenb. cum Brandenb. pacta, quorum posterius faltē ab Imper. confirmatum audivimus, inierant, quo successiōnem terrarum ita promiserant, ut jam nihil juris ipsis superesset; et ita sane, quod in re positum non erat, nec confirmatione initium capere poterat<sup>114)</sup>.

Secundum confrat. pactum in eadem domo obvium initum est a. 1671 inter Jul. Franc. ducem Lauehb. id praesertim suadentem, et Sax. electorem, Ioan. Georgium<sup>115)</sup>, cui jam

vi

112) „Wie die unsere Eltern und Voreltern und wir vom heil. Reich zu lehn getragen, und auf uns geerbet seyn.“

113) Moser l. c. p. 150. inf.

114) v. Strube in diff. cit. §. 25. Quae post ea de hac re acta sunt, v. im Abdruck d. im J. 1690 vom H. Chrif. Ludw. über dero Successionsrecht in Sachſ. Lauenb. an d. R. V. erlassenen Schreibens. Schwer. fol. ibique Adj. n. 1-5.

115) Exemplum ejus vide ap. Londorp in Act. publ. T. 17. p. 160 seq. n. 10.

vi exspectativa successio in terras Lauenb. a Maxim. I. a. 1507 tributa erat<sup>116)</sup> , hoc consilio, ut mutuo stipularetur dux Lauenb. Saxonie electoralis successionem, quod quidem factum esse eo magis miramur, quo arctiori vinculo jam ab antiquo trinam principum Saxoniae, Hassiae et Brandenb. stirpem junctam fuisse constat, cuius ne verbo quidem in literis exspectativae mentio fit; et licet in confraternitatis pacto conventionis istius firmitati prospiciatur, ut non prius quam mors omnium fraterno foedere junctorum sine prole mascula contigerit, successio ad domum Lauenb. deferatur, haec tamen jam tot aliis adstricta erat pactis, ut libera terrarum alienatio haud amplius ipsi supereffet. Utrique ab Imp. confirmationem, quam confraternitati jam olim inter majores suos intercedenti tributam esse adfirmant, se petituros esse spondent, cuius impetrandae spe si cederint, inter ipsos tamen validum et immutatum maneat pactum, dum insuper Saxoniae princeps exspectativa sibi data nititur. Sed eventum exspectationi non respondisse, ex tabulis rebusque publicis postea gestis satis appetat<sup>117)</sup> , licet non desint, qui contrarium adfirmare ausint<sup>118)</sup> .

116) ap. Londorp l. c. p. 105 seq.

117) Mofers St. R. P. 17. p. 106. §. 55. Fam. St. R. T. I. c. 13. p. 994. §. 7. Scilicet pactum inter domum Lauenb. et Anhalt. 7 annis post initum, his verbis incipit: „demnach d. Kayserl. confirmation der zwischen Churfachsen und Uns — „getroffenen Erbverbrüderung nicht allein nicht erhalten werden können, son- „dern auch durch ein ohnlangst von uns, d. Fürsten zu Anhalt, extrahirtes „kayserl. decreme alle Hoffnung zu solcher confirmation gänzlich benommen „worden.“ Lünig R. A. P. Sp. Cont. 2. Abt. 4. Abs. 11. p. 356. Et decre- tum Leopoldi, Ioan. Georg. princ. Anhalt. a. 1677. d. 17. Dec. Viennae datum ap. Lünig l. c. Abs. 13. p. 270.

118) Müller in Annal. Saxon. ad h. a. p. 491.

Tertium denique exemplum invenimus in pacto, quod a. 1678 compositum est inter Iul. Franc. ducem Lauenb. et Ioan. Georg. principem Anhalt.<sup>119)</sup>, per quod mutuo succendi juri, sanguinis vinculo jam innixo, melius prospicere, et illud ab Imp. commodo tempore firmandum curare volebant<sup>120)</sup>, ut successionis incertae incommodum eo facilius evitaretur, aliaque circa successionem obvia ad dubium quodvis removendum diligenter et accurate determinarentur. At tamen per pacta anteriora liberam terrarum ad alios translationem jam sibi ademtam fuisse, omnino credidisse videntur Lauenburgenses<sup>121)</sup>.

#### §. II.

#### Conclusio.

Quibus absolutis pro ea, quam initio adumbravi, libelli hujus forma, dicendum adhuc esset de juribus adhuc validis, quae circa confirmationem Imper. aliorumque quorum interest consensum praestandum obtineant; sed quia hocce argu-

119) Lünig R. A. P. Sp. Cont. 2. Abt. 4. Abs. 11. p. 356 seq. Moser l. c. P. 17. p. 143. §. 65.

120) „Wollen die Kayserl. confirmation hierüber noch zu Zeit zu suchen „antehn, jedoch die rechte bequeme Gelegenheit, sie zu erbitten, ergreifen, und „unsere fürstl. Erben und Interessenten dadurch desto mehr zu versichern beflissen „seyn.“ Lünig l. c. p. 357 in f.

121) „Immittelt aber ein solches expediens befinnen, und zu werke richten; da- „durc der andern Linie die Postfission auf den Eröffnungsfall vermehret, und „andern Häusern, so darnach aspiriren möchten, die Gelegenheit darzu zu ge- „langen, so viel an uns ist, benommen werde.“ Ap. Lünig l. c.

mentum uberiorem, quam temporis angustiae permittant, tractationem sibi depositit, hic jam pedem me fistere juvat, reservaturum egregiam, quae reliqua est, materiam parti hujus commentationis posteriori; quare nil jam supereft, praeterquam quod, ut quisquam rei peritus de dictis lenius blandiusque judicium facere velit, magnopere rogem.

Millis his, nunc nos convertamus ad explicandum id, cuius causa totam hancce exorsi sumus commentationem. Etenim volente summo Numinе, jubente Principe Marggravio Serenissimo ALEXANDRO, faventibusque Ejus Amicis universitatem hanc literarum tunc temporis curantibus, anno abhinc et quod excurrit, demandatum mihi est munus professoris juris ordinarii in alma hac academia Friderico-Alexandrina. Cujus quo auspicatoria sint initia, quoque melius gratissimi animi pietatisque sensus, quibus Principis erga me Clementiam, summorumque Virorum de me judicia colam, testificer, oratio a me habebitur, qua pauca verba faciam *de iure principis Aug. confess. addicti doctrinas fidei definiendi easque tuendi*; qua recitata, vota nuncupare conabor pro incolumitate optimi Principis ac quondam Domini, simulque pro salute et prosperitate Augustissimi ac Clementissimi Borussiae Regis, nunc domini nostri, FRIDERICI GUILIELMI, qui res nostras non modo salvas, sed et novis beneficiis auctas atque mactatas esse voluit; nec non pro Ejus Amico, Viro Illustriss. ac Generosissimo, cui prosperrimo augurio habenas harum terrarum regendas commisit.

Cui



Cui quidem orationi et religioni, cui craftino die vacabimus, ut splendorem addat *Magnificus Proreector, Comes Illusterrimus, Procancellarius Illustris, Patres academiae hujus et reliqui Divinarum humanarumque literarum Doctores Suo Quisque ordine Venerandi atque Colendi*, nec non ceteri *Hospites Suo Quisque titulo, auctoritate ac dignitate Condecorandi*, una cum *Civibus Suavissimis, natalium virtutumque Splendore, ingenio doctrinaque Ornatisimis, humanissimis precibus* oro rogoque.

Scrib. in acad. Frid. Alex. d. 1. Iun. MDCCXCII.

### Errata.

P. 2. lin. 4. loc. pacra lege: pacti. p. 5. lin. 4. loc. veliditate leg. validitate. p. 5. lin. 11. loc. suppellerre leg. supplice. p. 9. lin. 1. loc. tran-seo leg. trans- eo. p. 27. lin. 7. loc. foedas leg. foedus. p. 31. lin. 2. loc. utrumque pactem leg. utramque partem. p. 31. lin. 3. loc. hac pertineat leg. hic pertinent. p. 31. lin. 8. loc. pacte leg. parte.

Cii

Erlangen, Diss., 1786-1818  
X 242 1358





AD  
AVDIENDAM ORATIONEM  
PROFESSIONIS IVRIS ORDINARIAE  
IN  
ACADEMIA FRIDERICO-ALEXANDRINA  
ADEVNDAE CAVSA  
IN A. D. II. IVN. MDCCXCII  
HABENDAM  
OBSERVANTISSIME INVITAT  
D. GABRIEL PETRVS HASELBERG

1792

Inest commentationis de confirmatione Caesarea pactorum confraternitatis,  
aliorumque quorum interest consensu  
PARS PRIOR.

ERLANGAE  
LITERIS IVNGEANIS.